


1542 ię 10 Maj.

Albertus Dux Prussia,  
Sigismundo I Regi Polonia.  
Serenissime Rex potentissime  
Monarcha Domine Clementissime. 74  
Serenissime Majestati Vestra regia  
studia mea debita, ac nunquam inter:  
moritura, ultro citro offerro Sere:  
nissime rex Domine Clementissime  
Serenissime Majestatis vestra re:  
gia Christiana regias, sinceroque  
animo profectas literas pacem ac con:  
cordiam inter Serenissimum Dauo:  
rum regem, et illustrem Palatinum  
Rheini publice maxime utilitas cau:  
sa cupientes humiliter accepi, perle:  
gi atque intellexi, mihi vero audita  
jucundius, cognituque in hac vita ma:  
gis cordi nihil est, quam experiri  
inter Christianos precipue vero in  
his regionibus concordiam ac pa:  
cem sanciri et conservari, ubique  
quandam quidem Serenissima Maje:  
stas vestra regia partem alteram  
non velle inducias scribit prorsus  
nihil dubito, sicut etiam nunquam  
aliter intellexi Serenissimum Da:  
norum regem tanquam studio  
suo atque amante pacis, qui  
pacem ubique semper quesierit,  
ac pacem, atque tollerabilia  
sibi oblata media non recusatu:

ruias.






rum, talemque se exhibiturum  
ne mora aliqua facienda concordia  
in se repariantur. Porro posteaquam  
alter nunquam furis, sicut his et alijs  
in locis quotidie cernere licet, quam  
quod omnes aliae regiones, et terra  
per mare hinc inde proficiantur,  
proficiendi libereque potestatem  
habeant. Non video quid ejusmodi Se:  
renissimum Dauorum regem admo:  
nere prodesset.

Nihilominus tamen Serenissi:  
ma Vestra regia literas huius mis:  
sas juxta meas, quam primum offerri  
ipsi curabo, si quid etiam Serenissi:  
ma Majestas Vestra regia pro per:  
sona mea istam in locum scribere  
velit, faciat me certiorem. Ea  
enim in res. cum fuerit opus. omni  
Debita Diligentia, ut serenissima  
Majestati Vestrae regiae, et com:  
muni utilitati, quantum in me:  
erit gratificabor. Eam maxime  
firmam spem concipias Serenissi:  
mum Dauorum regem in omnibus  
licitis, atque possibilibus, se beni:  
gnum failem, atque promptum  
exhibiturum.

De communicato Serenissimo Ro:  
mauorum regi propter perscriptio:  
nem responso scilicet, quod ea iam

apud





283  
apud principes et Ordines Imperij tra:  
dari Debeat etc, Serenissima Majesta:  
ti Vestre regiae humiliter gratias ago  
maximas Deum optimum maximum ob:  
testans, ut is eandem causam ad bonum  
atque exoptatum tandem finem perdu:  
cere velit. Atque omnia promoven:  
da Serenissima Majestas Vestra regia  
nullum clementius studium internit:  
tet. Christus Serenissimam Majesta:  
tem Vestram regiam quam diutissi:  
me prosperrimam felicissimamque o:  
mni ex parte conservare Dignetur. Da:  
tum Regiomonti Die 10. Maij  
Anno a Christo Nro Salvatore. 1542.



